



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori Gillii, Ex Brigantio Lvsitaniæ, Societatis
Iesv, Et in Conimbricensi Academia S. Theologiae
Professoris; Commentationvm Theologicarvm De Sacra
Doctrina, Et Essentia atque vnitate ...**

Gil, Christovão

Coloniae Agrippinae, 1610

Habitus Theologicus non habet euidenciam ex lumine Fidei. cap. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82291](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82291)

penes relationes, qua veritates absolute nituntur reuelatione. Ad cuius impugnationem respondetur, suppositionem falsam, vel improbabilem, si sumatur solū gratia exempli, ut sumi potest illud duorum corporū se tangentium, nō impedire euidentiā sciētię, suppositiones verō fidei non sumi eo modo, sed tanquā principia veritatis cognoscendę. Secundū supponit id, de quo est cōtrouersia, nimirū fieri posse demonstratiōe Theologicā cōstantē principijs euidēter notis, cuius oppositū c. 2. ostendit. Respondetur etiā per discursū Theologicū gigni habitū distinctū ab his omnib. quos Philosophus numerat lib. 6. Eth. ut infra explicabo, nec mirū esse quod latuerit Aristot. habitus pendens ex principijs supernaturalib., sicut & ipse fidei habitus latuit. Ad 3. respondetur nō sat esse illa omnia ad sciētiā propriē dictā, sed requiri præterea euidētiā, qua caret discursus Theologicus, assensus, & habitus per eū genitus. Respondetur etiā habitū Theologicū non necessitate simpliciter ad assensū, cū pēdeat saltē ex altero assensu de fide, qui omnino liberē elicitur & quēadmodum intellectus circa illud manet indifferens, ita in radice est quoque indifferens ad cōclusionē: quāuis ex suppositione possit necessitari, nempe quādiu nō retractat assensum circa principium reuelatū. Obijciēs, nō aliter necessitari intellectū erga cōclusiones euidēter demonstratas, nā sublato assensu præmissarū nō necessitat. Respondetur, quoad necessitatē exercitiij, eādē esse rationē, nō tñ quoad libertatē contrarietatis, nā licet cōueniāt in hoc, nempe quod stāte assensu principiorū dissentire animus nequeat cōclusioni, tñ differūt quādiu nō dissentiendū principijs euidētib. necessitatē simpliciter intellectus, & cōsequenter etiā ne dissentiat cōclusioni ex illis euidēter deductę: nō necessitat aut quominus reuelatis dissentire possit: fallitur aut Tolet. si ad rationē sciētię censet sufficere necessitatē suppositiōis, nā hanc etiā vēdicat cōclusio cuiusvis syllogismi in bona forma: itē si credit discursū Theologicū inducere necessitatē simpliciter, semper. n. pēdet ex assensu libero, saltē alteri præmissę de fide.

Habitus Theologicus non habet euidentiā ex lumine fidei.

C A P V T IIII.

I. Iacobus de Appamis.

Iacobus de Appamis apud Toletan. q. 2. prologi ar. 3. eandē sententiā tueretur ex alio principio, ait enim Theologiam esse euidētem ex principijs euidēter creditis, ita ut eiusmodi euidētia nō oriatur ex aliquo lumine naturali, ut aiebāt auctores c. 2. & 3.

Gillij comment. Theol.

refutati, sed ex ipsomet lumine fidei: quod mentem ita collustrat, ut veritates reuelatas euidēter agnoscat in seipsis, & ne videatur repugnare D. Paulo 1. ad Corint. 13. notitiā, quā de Deo viatores habent, appellanti ænigmaticam, & per speculum, interpretatur illum non de notitiā supernaturaliter habita ex fide, sed de naturaliter acquisita, vel elicta ex proprijs viribus naturę. Nam quemadmodū, inquit, beati in patria dupliciter agnoscunt res, nimirum, vel in Verbo per lumen glorię, vel in proprio genere per lumen intellectus agentis: ita fideles in via dupliciter agnoscūt obiecta reuelata, vel ex vi luminis naturalis, vel ex vi supernaturalis infusi. Et quēadmodum visio rerū in verbo est clara, & euidens, & multo perfectior, quā ea, quę habetur in proprio genere: ita cognitio habita per lumen infusum fidei est euidens, & multo perfectior ea, quā ex facultate luminis naturalis assequimur. Postremū addit hanc euidentiā solū haberi a fidelibus: qui proinde vtentes principijs reuelatis, quę ipsi euidēter intelligunt, verē demonstrant cōclusiones Theologicas, & acquirunt sciētiā propriē dictā, si tñ eadē argumenta proponantur infidelibus destitutis lumine fidei, nō conuincunt illos: nā quia carent lumine supernaturali a quo pendet euidētia, nō possunt euidēter assentiri præmissis: atque adeo neque cogi ad assensum cōclusionis. Huic sententię multum fauere videtur Antiqui Theologi. Alen. 3. p. a. q. 68. membro. 9. ar. 1. docens provenire certitudinē fidei ex informatione conscientię, ita ut prima veritate inspirante fidem per habitum eius infusum ipsa in informatione conscientię arctetur homo, & cogatur consentire primę veritati propter se, sicut ex euidētia cogitur assentiri huic veritati: *Omne totū est maius sua parte.* S. Thom. q. vnica prologi ar. 3. questiuicula 2. ad 2. vbi ait, articulos per lumen fidei infusum, per se notos esse habenti fidē, sicut & principia naturaliter nobis insita per lumen intellectus agentis. Altiſiodorensis lib. 3. tract. 3. c. 1. q. 1. idē docet; & in prologo per fidem nos clarē cognoscere mysteria fidei, & q. 4. docet fidē dicere in corde hominis, iam nō propter rationem naturalem credo, sed propter illud quod video: quoniam tali cognitione adueniente assentit anima primę veritati propter se, & super omnia.

Fundamentum est, quoniam effectus formalis luminis est clarificatio & illustratio intellectus: quę extrinsecē afficit, & quasi attingit obiectū, & exhibet illud intellectui perspicuē videndū. Quod videt Apostolus replexisse cum dixit ad Ephes. 5. *Omne quod*

1. ad Cor. 13.

Alenſi

S. Thom.

Altiſiodoreu.

II.

ad Ephes. 5.

N 3

manife-

2. Pet. 1.

2. ad Cor. 3.

III.

manifestatur lumen est, quali ipsum obiectū à lumine collustratum, habeat vicē luminis respectu intellectus: fides autē habitualis, & reuelatio diuina lumen est iuxta sententiā B. Petri 2. epist. c. 1. *habemus firmiorē prophetiam sermonem, cui benefacitis attendentes, tãquam lucerna lucenti in caliginoso loco:* lucerna autē lucens in tenebris, ea obiecta quę propē sunt, & ei⁹ luce perfundunt, nō obicure, sed euidenter agnoscī facit: quę admodū itaq; obiecta sita in caliginoso loco nō vidētur ab ijs, qui carent lumine lucernę, videntur autē ab ijs, qui illam præferunt: ita obiecta reuelata euidenter cognoscunt à fidelibus habentib. illuminatos oculos cordis lucēs fidei, nō verò ab infidelibus qui illa carent, quod expressit Apost. Paul. 2. ad Corint. 3. nā cum dixisset iudæis esse positū velamen suprà cor, ita vt non intelligant veritatem scripturę reuelatę Moy si, ac Prophetis, subdit, *nos autem reuelata facie glorię Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur.* loquitur de viatoribus, qui sublato infidelitatis velo, apertis oculis cordis, & fidei lumine collustratis, gloriā vultus paterni, hoc est Verbum incarnatum clarē, ac distinctē cognoscunt.

Deindē probatur ratione sumpta ab eodē auctore. In essentialiter subordinatis, tanquā summum, medium & infimū, quidquid simul cōuenit infimo, ac supremo, cōuenit etiā medio, sed lumen glorię, lumen fidei, & lumen naturale intellectus nostri sunt essentialiter subordinata, ita vt lumen fidei sit medium inter lumen glorię, & lumen naturale intellectus: hæc verò duo extrema habent hanc perfectionem, ac virtutē, vt possint reddere obiecta euidenter nota: ergo eadē vim habebit lumē fidei. maior propositio patet in dictione, v. g. in vegetatiuo, sensitiuo, & intellectiuo: nā ratio vitę, quę cōuenit extremis, cōuenit etiā medio, & in alijs, & cōstat ratione: nā talis perfectio cōuenit ratione alicuius predicati cōmunis duob. extremis; mediū verò magis cōuenit cū ipsis, quā ipsa inter se: & ideo conueniet etiā in illo, in quo extrema conueniunt. Secundo: Habitus fidei, vel ideo ponitur, vt faciat euidentia principiorū, vel vt firmiter intellect⁹ illis adhæreat, vel vt reddat actū meritoriū: nō propter duo posteriora: ergo, ppter primū; Nō propter secundū; quoniā de ratione luminis non est inclinare ad assentiendū, sed tantū esse id, sub quo obiectū percipitur: Deindē quoniā omnē assensum, quā habet fidelis, habere potest infidelis absq; habitu fidei: vt patet in puero nō baptizato, nutrito inter Christianos, & instructo de fidei nostrę mysterijs, qui per

fidem acquiratam tam firmiter assentit reuelatis, vt sit paratus pro veritate illorum vitam profunderē sicut alij, qui verò fidei habitualis lumine perfusi sunt; & qui pertinaciter negat vnū fidei articulum amittit habitum fidei infusā, & tamen reliquis firmissimē assentitur: ergo habitus, siue lumē fidei infusum, non per se requiritur ad firmitatem, ac certitudinem assensus, non requiritur autem propter tertium, hoc est, vt reddat actum meritorium, quoniam in homine peccatore fides relinquitur, & non est frustra, atq; ad eū in eo statu nō possit esse ratio merendi, non per se datur ad meritum: accedit, quod charitas & gratia per se requiruntur ad meritum.

IV.

Hęc difficultas præcipuē spectat ad materiam de fide, in qua agitur de inuentia obiecti credibilis, & ipsius actus credendi. Verū quoniam ab his auctoribus assumitur tanquam principium ad probandum actus, & habitus Theologicos esse euidentes, quia lumen fidei reddit assensum euidentem, id circò breuiter hoc loco expēdi debet, omittendo quantū fieri poterit difficultates proprias materię de fide, & solummodò ex ratione, ac principijs euidentia, & natura habitus fidei colligendo verā quæstionis resolutionem. Pro quo obseruandum in primis est, hoc differre notitiam simplicem & euidentem apprehensiuam à iudicatiua: quod simplex non exigit aliam notitiam præuiam, quę sit causa euidentia, sed euidentiam habet immediate à lumine, & alijs circumstantijs actus; vt videre est in notitijs sensuum externorum euidentibus, quę immediate proueniunt à presentia obiecti, & facultate potentia: idemq; patet in simplicibus apprehensionibus intellectus: Iudicium verò euidens, vt rectē notat Scot. in 3. d. 24. q. vn. §. *contra hac*, & Bassolis. q. 5. prologi a. 1. §. *Circa prædictā*, necessariò supponit quāuis aliā notitiā, quę sit causa euidentia, ita vt fieri nō possit mutatio in mētē quoad iudiciū euidēs, vel in euidēs nō facta vlla mutatione penes notitiā antecedentem, quę est causa assensus; exēpli causa, si cōclusioni suapte natura euidenter demonstrabili à priore aliquis assentiāt in euidenter ob mediū opinatiū, sic nequit quacūq; additiōe luminis intellectualis, vt assentiāt euidenter, manētē eodē medio opinatiū, & nō adueniētē noua ratiōe, aut motiuo assentiēdi euidenter: itē cū quis assentiāt primis principijs ex pura fide humana habita doctōri, nō penetrādo terminos, fieri nequit vt quantumvis aucto lumine intellectuāli possit habere assensum euidentem propriū, ac debitū primis principijs, quādiū nō magis, ac antē penetrat

netrat

netrat terminos. Ratio verò huius discriminis est, quoniam notitia ex iisdem principiis & causis habet, ut sit, atque, ut sit euidēs, cum euidētia sit modus intrinsecus actus intelligendit: verò notitia simplex suapte natura non supponit aliā ex qua sit, quous. n. modo proportionatē obijciatur obiectū potētiae cognoscenti per se aut sui speciem, non precedente vlla alia notitia, poterit apprehēdi & cognosci ab illa notitia simplici, notitia verò cōplexa, siue iudiciū necessariō supponit praeuiā aliā cognitionē, qua cōtineatur motiū assentiēdi; semper. n. assensus p̄statur ex aliquo motiū, siue id cōtineat sola apprehensione simplici terminorū, siue etiā iudicio alio antecedente: quare fieri poterit, ut solo aucto lumine termini melius penetrerentur absq; variatione vllius antecedētis notitiae, nō autē ut praebeat assensus, nō accedente nouo motiū assentiēdi.

V. Ad quaestionem hoc posito, respondeo vnicā assertionē. Assensus Theologicus nō est euidēs ratione euidētiaē praeuissarum orta ex lumine fidei. Hāc est cōmunis omnium reliquorum doctorū, tum eorū, qui negant simpliciter assensum Theologicum esse euidētem, quos inferius referam; tum eorum qui asserunt, nullis. n. aliis, prae-ter Iacobū de Appamis reddidit hāc euidētiaē causam, quā proinde ex instituto impugnat Tolet. q. cit. a. 4. Itaque nō cōtendo hoc loco absolute probare, Theologiam non esse euidētem, sed non esse euidētem ex lumine fidei. Id verò ostēdo: quoniam, aut esset euidēs ex immediato concursu huius luminis ad assensum Theolog. aut ex remoto ratione principiorū, ex quib. cōclusio Theologica deducitur: nō ex immediato, quoniam ut infra ostēdam, habitus Theologicus distinguitur ab habitu fidei, & quemadmodū habitus primorū principiorum nō immediate insuit in assensum conclusionū, sed virtute assensuum praeuissarū: ita lumen fidei nō immediate illustrat cōclusiones Theologicas, vel ad earū assensum concurrat, sed virtuti actū, quib. principia creduntur: & ita auctor oppositae sentētiaē non admittit hunc modū illustrationis & euidētiaē, sed posteriorē, ut patet ex ipsius dictis; cēset. n. fideles per lumen fidei assensu reuelatis euidēter, Theologū verò ex eiusmodi assensib. moueri, ut euidēter assentiatur conclusionib. Quae positio quatenus tribuit euidētiaē assensui fidei, ut minimū, temeraria est cōtra cōmunē sententiā scholasticorū, cōtra dicta patrū, qui fidē dicūt esse de non visis, imō & contra D. Paulū, qui fidem appellat ad Heb. 11. *Argumentum nō apparentiū*: neq; expositio, quā ad hēc testimonia com-

mentus est, habet vllam speciem probabilitatis, cum ait obiecta credita esse obscura, & ineuidētia cōparatione actus naturalis, seu fidei acquisitae, qua percipiūtur, non verò respectu fidei infusae: patres enim non solū aiunt fidē esse de obscuris, & ineuidētib. respectu alterius notitiae, sed absolute respectu subiecti credentis, quod aequē impeditur per hūc aut illum actū: & quamuis sit controuersia inter Theologos, utrū Deus possit efficere, ut fides sit de euidēter cognitis, cōmuniter tamen dicunt de lege fieri nō posse: iam verò per actū ipsū fidei obiecta euidēter agnosci omnes inficiātur. Sed hoc genus probationis, quod magis pertinet ad materiam de fide, omitto.

Rationi verò ex suppositione facta probatur institutum. Sola luminis accessio nō est satis ad euidētiaē assensus, siue iudicii intellectualis, nisi sit causa noui motiū ad assensum euidētem, lumen verò fidei nō inducit nouū motiū, aut rationē euidēter assentiēdi reuelatis: ergo ipsum de lege non facit euidētiaē circa reuelata. Propositio patet ex dictis. Assumptio probatur primò, quoniam motiū, quod importat, aut est testimoniū diuinum aut assensus alterius principij, à quo veritas reuelata pendet, aut penetratio terminorū eiusdē propositionis reuelat: ad hēc enim tria moriua reducūtur omnia, quae fingi possunt gignere assensum veritatis reuelatae: fides aut per nullū horū parere potest assensum euidētem, non per testimoniū diuinum, nam quamdiu motiū non attingit principia, in quae resoluitur veritas cognoscenda, intellectus nō videt, sed credit: credere autē est cum assensione cogitare: quādiu durat cogitatio, intellectus est in via, nō in termino veritatis cognitae: quam si euidēter attingeret, absque dubio cessaret à cogitatione, & persisteret in pura contemplatione & assensione, ut explicat D. Tho. q. 14. de veritate, ar. 1. testimoniū verò diuinum per se nō attingit principia essendi, aut terminos, in quos resoluitur veritas cognita, sed solū auctoritatem primae veritatis, quae est extrinseca obiecto credito: atque adeo quantumcunque per lumen fidei magis innotesceret testificatio Dei reuelantis, adhuc obiectum non extraheretur à ratione formali fidei: ut auctor ille debet admittere, concedens assensum de reuelatis procedere ex lumine habitus fidei: nam habitus cōcurrere nequit ad actum circa obiectum exutum formali ratione, sub qua terminat habitudinem habitus: & consequenter assensus ille procedēs à lumine fidei sub motiū testimonij diuini, esset ver-

VI.

S. Thomas.

Ad Heb. 11.

VII.

actus credendi, & non euidenter assentien-
di: Deinde non potest lumen fidei gignere
assensum euidentem per simplicem notitiã
terminorũ, tum quia ad fidem nõ est opus
alia apprehensione terminorũ ab ea, quam
cõmuniter habemus; tum quia pleraq; ob-
iecta reuelata nullo modo agnoscì possunt
ex terminis, qualia sunt mera cõtinentia.

Rursus, non posse lumen fidei gignere
evidentiam reuelatorũ, siue per penetrati-
onem terminorum, siue ex alio præcedẽte
iudicio euidente, ostenditur multipliciter.
Primò quoniam tolleret ab obiecto ratio-
nem formalem credibilis, & traderet illud
ad aliud genus, & consequenter actũ ad
aliud genus notitiarũ: quod est absurdũ: nul-
lus. n. habitus destruit rationẽ formalem sui
actus & obiecti; nec per se cõturret ad actũ
alterius speciei: & circa obiectũ non suum.
Sequitur verò illa duo ostẽdo: nam ratio mo-
tiua fidei, qua cõstituitur obiectũ credibile
est prima veritas reuelans; quando verò as-
sensus gignitur ex vi penetrationis termi-
norum, aut alterius assensus euidentis, mo-
tium nõ est reuelatio, sed præcedens illa
cognitio, siue terminorum, siue iudicatiua:
ergo si à lumine fidei inducuntur hęc mo-
tiua, tollitur motium fidei, quo sublato,
tollitur etiã actus, q. absq; illo dari nequit.
Secundò, si lumen fidei, vel per terminorũ
penetrationẽ, vel assensum euidentem gign-
eret evidentiam propositionis reuelatæ,
sequitur, per solã eius infusionem absq; re-
uelatione diuina, siue testificatione de ve-
ritate obiecti credibilis posse viatorem de-
uenire in euidentem notitiã mysteriorum
fidei: hoc aut falsum & absurdum est, ergò
nõ poterit eo modo gignere assensum eui-
dentem. Absurditas cõsequens illius con-
ditionalis patet ex eo, quod in agnitionem
supernaturaliũ, qualia sũt pleraq;, quæ fide
credimus, venire absq; doctrina nemo po-
test: hæc aut fit per auditionem à Deo siue
mediate, siue immediate, vt patet ex dicto
ad Rom. 10. Apostoli ad Roman. 10. *Quomodo credent in
eum, quem non audierunt? quomodo audient sine
predicante?* & experientia infantiũ baptiza-
torum, qui ab infidelibus in captiuitatẽ ab-
ducuntur, & cùm perueniunt ad vsum ratio-
nis, quamuis retineant habitum fidei in
baptismo infusum, & quẽ ignorant ea, quæ
ad fidẽ pertinent, ac ipsi filij infidelium: &
quod clarius est, antiqui patres, qui lumen
fidei habebant, mysteria nondum reuelata
ignorabant, imò & discipulis habentib. fi-
dem dicebat Christus Ioan. 16. *Multa habeo
vobis dicere, sed non potestis portare modo:* tantũ
abest, vt ea euidenter agnoscerent, vt non
essent capaces ad ea etiã confusẽ percipien-

da. Sequela verò maioris ostenditur, quo-
niam penetratio terminorum, aut assensus
euidens principij prioris, absq; testimonio
diuino est sufficiens motiũ, ac determina-
tium intellectus ad assensum euidentem
consequentis: ergo si lumen fidei per eius-
modi media est aptum gignere assensum
euidentem mysteriorum fidei nostræ, hoc
ipsum præstare poterit absq; diuina reue-
latione. Respondebit aliquis negando cõ-
sequentiam, & asserendo instantiam in hac
ipsa materia: nam habitus fidei posita reue-
latione sufficit ad credendum, sine illa ve-
rò nõ sufficit, atq; ita similiter antè obiecti
reuelationem non poterit gignere euide-
tiam; post illam verò poterit. Quæ respon-
sio nõ est adæquata, est. n. diueria ratio: nã
reuelatio affert motiũ credendi, sine quo
habitus nõ potest elicere actũ fidei; ideo lu-
men fidei, quod antè illam exire nequit
in actum credendi, post illam potest: eadem
tamen reuelatio non affert motium eu-
identiam, quod pendet ex terminis, aut ex
principio alio euidenter noto; ideoq; si lu-
men fidei post illam gignere potest euide-
tiam obiecti reuelati ex altero motiuo il-
lorum, etiam antè illam poterit.

Ex his constat eam comparationẽ, quam
his auctor sumit à lumine gloriæ, ad lumen
fidei nõ esse idoneam. Etenim Beati in pa-
tria lumine gloriæ euidenter videt causas,
ac rationes ideales creaturarum, & idcirco
possunt ipsas etiam creaturas euidenter ap-
picere. At lumen fidei non gignit euidentem
penetrationem obiecti reuelati, aut
alterius motiui euidentis, quo intellectus
moueatur ad assensum euidentem veritatis
reuelatæ: ad ipsam verò reuelationem cre-
dendam etiam ineuidenter mouet, vt est
communis sententia Theologorum. Itaq;
comparatio illa ad hoc institutum nihil fa-
cit, solumq; in eo vera est, quòd sicut visio
matutina rerum in verbo, est nobilior no-
titia in proprio genere, ita cognitio habita
per fidem, licet obscura, est præstantior om-
ni cognitioni naturali etiam euidentẽ. Il-
la quoque differentia inter fidelem atq; in-
fidelẽ nõ est ad rem: nam quãuis id quod
asseritur de infideli, verũ sit, nõ tã est verũ,
quia carẽ habitu fidei, quàm quia motiũ
determinans intellectũ ad assensum euide-
tẽ circa obiecta per se reuelata de lege or-
dinaria, non est agnoscibile à viatore. nã si
esset, & illud absq; lumine fidei cognosce-
retur, etiã absq; eo haberetur euidẽs notitia
credibiliũ. At, inquit, id naturaliter haberi
nequit, & ideo cùm infidelis careat lumine
fidei supernaturali, non agnoscat id moti-
ũ, quod per lumen fidei innotescit fidei.

Verũ

ad Rom. 10.

Ioan. 16.

Verum responsio peccat fallacia nō causę, vt causę: infidelis enim quamuis idēō non credat, quia caret lumine fidei, non tamen ob eandem causam definit euidenter videre obiecta reuelata: nam etiam fidelis, qui habet lumen fidei, illa non euidenter scit, vt probatum est: sed idēō euidentiam non habet, quia caret lumine, ac motiuo proportionato, quo etiam caret fidelis: fide enim solum reddit intellectum aptum, & in potentia proxima ad credendum reuelatis, non verō ad euidenter assentiendum.

IX.

Alesius.

S. Thomas.

Alisiodorus.

X.

Auctores in oppositum relati nequaquam sentiūt cum Iacobo de Appamis. Non imprimis Alesius. nam eodem art. contraponit certitudinem fidei certitudini euidentię: & solum vult explicare radicē effectiua certitudinis fidei: quę est habitus infusus, & inspiratio diuina adeō efficax, vt intellectus trahi quodāmodo, & cogi videatur ad assensum, quā in re excessit Alesius. nam fidei habitus & inspiratio diuina trahunt quidē, & mouent ad credendum, sed non cogunt. Porro D. Tho. solum vult fidei articulos nō resolui in terminos, aut principia per se nota, sed in lumen fidei, & primā veritatem: & idēō ait esse per se notos habenti fidem; hoc est, non per aliū medium terminū, sed immediatē cognosci per lumen fidei, sicut prima principia immediatē cognoscuntur per lumen intellectus agētis: itaq; comparatio cum primis principijs non est, quoad euidentiam, sed quoad immeditationē. Constat verō hanc esse mentē D. Thomę, quoniam ibidem statim subdit Theologiā non habere viam ad probanda sua principia, & quod i. p. q. i. a. 2. & super Boet. de Trinit. q. 2. ar. 2. ad 7. & frequenter alibi docet, nepe principia Theologię esse credita à viatore, nota tamen euidenter ab alia scientia, hoc est beata. Eodē modo explicari debet Alisiodorens. quando ait principia fidei esse per se nota, hoc est, non per alia principia, cū verō ait fidem credere propter id quod videt, verbū videt debet sumi non pro notitia euidente, sed pro certa atque infallibili absorbente vim rationum naturalium: solum enim eo loco conatur probare, non stare fidem cum scientia, neque mentem collustratam lumine fidei assentiri propter rationes naturales, etiam si adsint, vel propter reuelationem Dei.

Fundamentum sumptum ex naturali luminis intellectualis solum probat lumine fidei constitui mentem in potentia proxima ad credendum; non verō ad euidenter intelligenda ea, quę reuelata sunt. Pro quo obseruandum nomen *lumen*, idēō per Metaphoram traductū esse ad vim intelligen-

di, quoniam lumen corporum est omnino necessarium ad aspectum corporū: & idēō lumen intellectuale propriē habere vim intelligendi, seu producendi intellectionem: quod si sit naturale, nō distinguitur ab intellectu, si supernaturale, distinguitur & ipsi immediatē inhæret, & effectū suum formalem communicat, non aut obiecto: effectus autem formalis luminis intellectualis ordinis supernaturalis non est alius, quā constituit intellectum potentem ac proportionatum intellectioni supernaturali eliciendę: & quoniam hoc ipso, quo potētia sit proxima ad actū, circa aliquod obiectū, reducat in illud etiā actualis proportio intelligibilitatis passiuę, quę antea non erat, dici potest, affici ipsum extrinsecus à lumine. Verum non oportet, vt hæc extrinseca denominatio necessario firmitatis euidentis, sed cuiusvis intelligibilitatis intra latitudinē rationis formalis obiecti intellectus, & iuxta proportionem ac naturam luminis. Nam si omnis intellectio esset necessario euidens, omne lumen intellectuale redderet obiectū euidenter intelligibile: at obiectū obscure intelligibile continetur intra latitudinē obiecti formalis, etiam naturaliter intelligibilis: nam quę ex motiuo probabili & fide humana credimur, obiecta sunt actū intellectiuorū, & tamen non agnoscuntur euidenter. Quemadmodū itaq; lumen naturale habet suū effectū in ordine ad obiectū, non reddendo illud euidenter intelligibile, ita lumen fidei habet suū effectum in ordine ad intellectum, conferendo vim ad actum fidei supernaturalem, & in ordine ad obiectum, complendo proportionem credibilitatis inter illud, & intellectum. D. autem Paul. propterea vocat lumen id quod manifestatur, quoniam excludit tenebras ignorantię, non aut quod necessario inuehat euidentiam, & ob eandem causam D. Petrus propheticū sermonē lucernā vocat; nā sicut ij q. in caliginoso loco sunt, absq; lumine lucernę nihil vident, ita infideles, q. prophetias & reuelationes Dei nō admittunt, & fidei lumine destituuntur, nihil omnino eorū, quę ad fidem spectāt, neque euidenter, neque ineuidenter agnoscunt, qui verō fidei lumen adhibent, ea credunt, quę infideles pernegāt. Et quoad hoc vsus est D. Petrus comparatione lucernę, non verō quoad euidentiam; nam quamuis lucerna noctuijs, qui prope sunt, pariat notitiā euidentē, nō tamē ijs qui procul sunt, sicut sunt viatores à mysterijs, quę credunt. Quin verō, licet omnis visio per lucernā esse euidens, non ad hoc allata est ab Apostolo Petro eius similitudo; non enim

nim

nim oportet, ut comparationes per omnia similes sint: imò Apostolus indicat lucem fidei esse exiguum lumē, non sufficiens ad euidentiā claritatem, & ideò postquam dixit, *Cui benefacitis attendentes tanquam lucerna lucenti in caliginoso loco subiungit, donec lucifer oriatur in cordibus vestris*, quali lux omnis fidei non eximat viatores à nocte obscuritatis & ineuidentiā: quā tum demum euanesceat, cum verus lucifer apparuerit animis nostris, & similes sibi reddiderit per lumen gloriā, & claram suam visionem. Porro B. Paulus citato loco ad Corinth. solum intendit explicare discrimē Christianorum à Iudæis: nam hi olim vultū Moysis ob claritatem non nisi velo coopertum intueri poterant, modò verò velum, quod erat in vultu Christi Domini per Moysē significati, hoc est ceremoniā, atque vmbre futuri aduentus eius sublatum est, & quod illis protendebatur, iam manifestatū est in carne: Iudæi verò figuras legis & vmbas retinentes, velum suismet oculis opposuerunt, quo impeditū reuelatā Messias gloriā non agnoscunt, Christiani autem sublato infidelitatis velo, & reiectis vmbis legalibus, quibus obtegebatur gloria redemptoris, in eum non iam implicite, ut olim Iudæi, sed explicitē ac distinctē credunt, & per eius bonitatē, & virtutes contemplādo, ad eandem vitā similitudinem se ipsos effingere conantur. Itaque speculatio illa non euidētem notitiam, sed explicitam fidem significat.

XI.

Ad primum argumentum respondeo, maiorem propositionem non esse vniuersaliter veram: nam etiā hæc tria sunt, quoad essentias coordinata, substantia purē spiritualis, purē corporalis, & ex corpore spiritūque composita: & tamen in supremo & infimo gradu, hoc est, in substantia experte omnino materiæ, & omnino corporea reperitur perfectio incorruptibilitatis, nempe in Angelis, ac cælo, quæ non cōuenit homini, inter illa duo extrema, habenti medium locum perfectionis. Ratio huius est, quoniam non semper id quod est præstantius alio, excedit illud quoad omnia, sed nonnunquam, quoad aliquid ab eo exceditur. Itaque fides est media inter lumen gloriæ, & naturale, non quoad euidētiā, sed quoad certitudinem, & quoad obiecta: nam lumen gloriæ suapte natura ostēdit naturalia, & supernaturalia distinctē: lumen naturale sola naturalia, modò euidēter, modò obscure: lumen fidei eleuat ad supernaturalia, ad quæ non sufficit lumen naturæ, & in hoc illud superat, non tamen gignit ipsorum euidētiā, & in

hoc superatur à lumine gloriæ. Ad secundum possunt aliqua ratione dari posteriores duæ partes distinctionis, quæ continentur in maiori propositione: nam licet sola fides non sufficiat ad meritum, requiritur tamen, ut radix illius. *sine fide enim impossibile est placere Deo*, ad Heb. II. Item quæ gratia & charitas, quæ est proxima ratio meriti. Itera licet solus habitus infusus absque vfu per se non faciliat ad agendum, suo tamen concursu influit in actum reddendo illum firmum ac certum. Verum præcipua ratio fidei, sicut & reliquorum habituum supernaturalium, est ut potentiam alioquin improporcionatam eliciendis actibus ordinis supernaturalis eleuet, & compleat in genere potentiæ in ordine ad eos actus, & obiecta: & quoniam intellectus cum solo lumine naturali non est proportionatus eliciendo actui fidei supernaturali, lumen fidei adueniens complet eius vim & actiuitatem; ita ut ex parte potentiæ sit completa facultas credendi, si adsint cætera requisita ex parte obiecti. Et quia hæc ratio non impugnatur illo argumento, facile soluitur negando simpliciter maiorem propositionem. Verum quoniam in impugnatione illarum partium distinctionis, quas aliquo modo veras esse dixi, pleraque falsa admiscuntur, respondendum illi est. Ad primam impugnationem secundæ res ostenditur aliter gigni posse ab habitu certitudinē actus, quā facilitando potentiam ad illū, nempe eleuando & complendo illam, quæ alioquin erat incompleta, & ideò quamuis habitus supernaturales non habeant facilitandi vim, quod alibi examinādum est; habent tamen vim eleuādi facultatem naturalem, quomodo fides eleuat intellectum ad certum firmumque assensum. Ad secundam negandum est antecedens, nam absque lumine supernaturali nō potest haberi verus actus fidei diuinæ: esto possit haberi humanæ & acquirat, actus verò, qui eliciuntur vel ab hæretico, qui negat vñ fidei articulū, vel à puero nō baptizato inter Christianos nutrito, dum caret lumine supernaturali, non habent veram certitudinem fidei diuinę ex causa, ac motiuo, ut supra explicatum est, sed solam certitudinē ex parte subiecti, quæ est fallibilis, licet in eo casu per accidēs ratione obiecti sit omnino vera: Dixi de puero illo, dum caret lumine naturali, quoniam etsi baptizatus non sit, poterit ex gratia Dei disponi ad fidem infusam, & illam recipere: ut fieri in eo qui viuit inter Christianos more solito aliorū, supponit Innocent. tertius c. *Apostolicam*, de presbytero nō baptizato.

Ad Heb. II.

Innocent. III.

Theo-